
Lingua Lettonica

Lingua Lettonica est una ex tribus linguis, quae ad Balticum ramulum linguarum Indoeuropaearum pertinent. Artissima quidem affinitate linguistica Lithuanicae coniungitur, verum linguae litterariae non iam mutuo intelleguntur, quamquam dialecti finitimae inter se satis sunt intelligibiles.



Tabula geographica, quae demonsrat, ubi homines cotidie Lettonice loquantur. Quo caeruleosior color, eo plus Lettonica adhibetur.

Index

Loci

Lingua Lettonica est lingua publica Lettoniae.

Grammatica

Generalia

In Lettonica, paucis modo verbis exceptis, prima syllaba acuitur. Articuli desunt. Ordo verborum principalis est subiectum—verbum—obiectum, sed ordo etiam mutari potest.

Verba

Verba habent duo genera: activum et passivum, duos numeros (sc. singularis et pluralis) sex tempora, quinque modos.

Nomina

Et nomina et adiectiva Lettonica secundum genus, numerum, casum flectuntur. Duo sunt genera:

- masculinum
- femininum

duo numeri:

- singularis
- pluralis

septemque casus:

- nominativus
- accusativus
- genetivus
- dativus
- vocativus
- locativus
- instrumentalis

Excepto ablativo, qui in Lettonica deest, casūs sunt iidem atque in lingua Protoindoeuropaea.

Exemplum declinationis

Ecce exemplum declinationis verbi *vīrs* (sc. *vir* - nota verbi Lettonici et Latini similitudinem!):

Casus	Singularis	Pluralis
Nominativus	vīrs	vīri
Accusativus	vīru	vīrus
Genetivus	vīra	vīru
Dativus	vīram	vīriem
Instrumentalis	vīru	vīriem
Locativus	vīrā	vīros
Vocativus	vīr	vīri

Exemplar textūs: Pater noster

Lettonice	Latine
Mūsu Tēvs, debesīs,	Pater noster, qui es in caelis,
Svētīts lai top Tavs vārds.	sanctificetur nomen tuum.
Lai nāk Tava Valstība.	Adveniat regnum tuum.
Tavs prāts lai notiek	Fiat voluntas tua,

kā debesīs, tā arī virs zemes.	sicut in caelo, et in terra.
Mūsu dienišķo maizi dod mums šodien.	Panem nostrum cotidianum da nobis hodie,
Un piedod mums mūsu parādus,	et dimitte nobis debita nostra,
kā arī mēs piedodam saviem parādniekiem.	sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.
Un neieved mūs kārdināšanā,	Et ne nos induxeris in tentationem,
bet atpestī mūs no ļauna.	sed libera nos a malo.
Āmen.	Amen.

Nexus externus

- De pronuntiatione, grammatica, aliisque rebus ad linguam Lettonicam pertinentibus (Anglice) (http://www.latvianstuff.com/Language.html)


Haec stipula ad linguam vel ad linguisticam spectat. Amplifica (https://la.wikipedia.org/w/index.php?title=Lingua_Lettonica&action=edit), si potes!